



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1655

§. 298. Et furati sunt eum nobis dormientibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45515

do ergo dicent cum veritate quia discipuli eius nocte venerunt, si non vide-
runt eos vel aduerterunt quous modo aduenientes, aut afferentes Chri-
sti Corpus, aut frangentes sigillum & lapidem amouentes, aut si hoc vide-
runt, quare non prohibuerunt? caput suum damnarunt Pilato si hoc fecer-
runt, sed mentita est iniquitas sibi. Defecerunt scrutantes scrutinio Prin-
cipes tui Israel. Sed obsecro anne racobunt semper milites veritatem reie-
tiam decepti per vos & vestram pecuniam?

Domine non sic ego vñquam faciam, vt velim decipere quous modo
proximum, vel circumuenire verbo, factio vel exemplo deducendo ad
malum, contra legem tuam aut naturæ, sed precor, da gratiam vt omnia
agam semper & dicam cum fundamento rationabili ad tui solius gloriam,
& proximi bonum & hoc ex iustitia, & nunquam aliter; vt viuat Deus no-
ster ipsa iustitia & veritas in omni mea actione & intentione.

§. 298. Et furati sunt cum nobis dormientibus.

Impij Principes præter iniuriam quam intendunt bonis Christi dis-
cipulis, etiam volunt hic eos facere fures, & consequenter criminosos le-
Maiestatis per irruptionem in vigilias positas à præside Romanorum, per
publici sigilli fractionem, & violentam ablationem Corporis Christi: insi-
per & milites ipsos vigiles, inducere vt contra se loquerentur, & conser-
viantur & faterentur se in excubis dormiuuisse omnes, cum aliquorum tan-
tum sit dormire, aliorum in stationibus suis vigilare, ne vel hostis irrumpat,
vel ipsis dormientibus id afferatur, quod custodiare debebant cū virtute pe-
ticulo, iuxta legem militiz. At quomodo possibile erat vt omnes dormierint
vel tota nocte, vel aliqua parte, vt nullus militem maxime excubias non
vigilassent, vel strepitum aduentantium discipulorum non audissent, vel
mouentium lapidem grossum & grandem, ipsum denique Corpus Iesu
afferentium ponderosum satis quæ omnina una hora omnino, & sine stre-
pitu etiam magno fieri non poterant. Dicam, peruersitas Pontificum & le-
giorum est, qui non contenti Christum viuum, occidisse, eum & post mor-
tem persequi intendunt, ac resurrectionem eius abolere conantur, vt scilicet
tegant suum scelus, & Christicidium, neve aliquis in eos quasi Christi-
cidas insurgat, Christique necem vlciscatur: ideo faciunt discipulorum cri-
men, quod est virtus propria magistri, quem amiserunt milites, perdiderunt
Iudei, sed discipuli magistrum suum non furto, sed fide, virtute non fraude,
sanctitate non crimine, & viuum, non mortuum sustulerunt: ite nunc o Princeps
cum inuentis & subterfugijs contra veritatem, ipsa veritas magis elu-
cescit per vestra mendacia, vultis docere mentiri, qui tamen ipsi mentiri, ex
arte

arte non nos sis, vultis extirpare veritatem resurrectionis, at ipsa magis magisque propalatur in vrbe & orbe. Ecce sic Iudæi impingunt discipulis Christi, & dant pecuniam, delatoribus ut taceant! mira res, à sæculo non est tale auditum: sed sunt furati cur eos non persequimini? aut igitur vos mali estis Magistratus aut furtum eorum commentitium est, aut omnino non est malum.

BOne Iesu nunquam obsecro sic delirem, & quia de furto sermo, incidit, oro ut te liceat crebro suffurari non furto ciuili, sed fide; virtute non fraude; sanctitate non crimen, viuum non mortuum, ideo precor gratiam ut ira sinas te surripi saepe, sicuti discipuli tui te lustulerunt in fide, virtute, sanctitate, ut viuum exemplar virtutum, & spolium meum mancas æternum.

§. 199. Et si hoc auditum fuerit à præside.

Vafri Principes, ut omnem timorem expellant à cordibus militum præueniunt ipsorum obiectionem, quam reponere poterant & forte repuerunt, scilicet si examinaremur à præside Romanorum Pontio Pilato, cuius nobis vigilantibus passi fuerimus austeri Corpus Iesu à sepulchro, fateri cogemur, & dicere veritatem nos vigilantes vidisse eum resurgentem à morte, & clauso ostio gloriosum & viuum exiisse è sepulchro, nobis stupentibus & impeditre non valentibus præ fulgore nimio & splendore corporis eius. Et si tacuerimus & veritatem non dixerimus, rei iudicabimur mortis, quia nobis in excubij stanibus utique furto ablatus non fuisset. Denique si veritas resurrectionis eius postmodum patuerit, nobis quia antea negasse coram facie Pilati conuincemur, pessime vertetur fusile præsidii mentitos, & honor noster pericitabitur, si non vita. quocunque ergo nos vertimus, capti in sermone videmur. Ad hæc obiectiones tollendas, præueniunt eos principes & seniores ut se & suum honorem tueantur apud populum, & dicunt. Et si hoc auditum fuerit à præside. Nos suadebimus ei, videlicet nos, qui cum ante fuisimus ei, ut innocentem damnaret, bene persuadebimus ei, quod somniantes viderint fures, aut vigilantes recte permiserint furtum.

Domine nunquam si honor meus mihi tam pretiosus ut vel velim eum peccando tueri vel fulcire mendacijs, sed potius semper amem cōfundiri eoram hominibus, cum veritate, quam peccando proximum confundere, aut circumuenire mendacijs præter legem tuam, Domine, iustitiamque & veritatem.

§. 300. Nos suadebimus ei.

Nos, scilicet principes populi, scribæ, pontifices & seniores autoritate qua pollemus, & diuitijs apud Cæsarem, præsidem, populum, quod enim volumus